Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26105
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Noli iudicare contra iudicem: quo secundum id dignum est iudicat. Cum audace no
eas iniuria: ne forte grauet mala sua inte. hic enim secundum uoluntatem suam
iudicat: et simul cum stultitia illi pibis. Et cum iracundo ne farias rixam: et
cum audace ne eas in deserto. quo quasi nichil est ante illum sanguis: et ubi
non est adiutorium eliciet te. Cum fatuis ne consilium habeas. Non enim pote
runt diligere nisi que ipsis placent. Coram extraneo ne farias consilium: nescis
enim quid pariat. Non omni hominum ce tuum manifestes: ne forte inferat
tibi gratiam et conuiciet tibi. Non celes mulierem sinus tuos: ne ostendat
super te maliciam doctrine nequam. De mulieribus proximi.

Non des mulieri potestatem anime tue: ne ingrediatur industriae tua
et confundaris. Non respicias mulierem multiuolam: ne forte in
cidas in laqueos illi. Cum saltatrice ne assiduus sis. nec audias illam: ne
forte peas in efficacia illi. Virgine ne conspicias: ne forte scandalizet
ris in decore illi. Non des fornicariis animam tuam in nullo: ne perdas te et
hereditatem tuam. Noli circumspicere in uicis ciuitatis: nisi obertaueris impla
tes illi. Auerte faciem tuam a muliere compta: et ne circumspicias speciem
alienam. Propter speciem mulieris multi perierunt: et ex hoc concupiscentia
quasi ignis exardescet. Omnis mulier que est fornicaria: quasi stercus
in uia conculcabitur. Speciem mulieris aliene multi admirati reprobi facti
sunt. Conloquium enim illi quasi ignis exardescet. Cum aliena muliere ne
sedeas omnino. nec accumbas cum ea super cubitum. et ne altercetis cum ea in
uino: ne forte reclinet cor tuum in illam. et in sanguine tuo laberis in pri

Ne derelinquas amicum. Non relinquendum amicum antiquum. Cionem
antiquum: nouus enim non erit similis illi. Vinum nouum amicus
nouus: uetetescat et cum suauitate bibes illud. Non celes gratiam et
opus peccatoris: non enim scis que futura sit illi subuersio. Non placeat ti
mentia inimici: sciens quo usque: adinferos non placebit impio. Longe
abesto ab homine potestatem habente occidendi: et ne suspicaueris timo